

Et eligantur dicti prouisoires per scrutinium in isto consilio et illi tres qui habuerint plures ballotas habendo maiorem partem consilij sint firmi, et respondeant die qua electi erunt uel sequenti, nec refutent sub pena ducatorum centum auri cuilibet non excusando aliquem nisi propter defectum persone. Et habeant de salario libras IIII centum pro quolibet in primis quatuor mensibus et abinde in antea libras L pro quolibet in mense. Et habeant famulos tres pro quolibet, unum notarium cum famulo, unum expensatorem et unum equum, et possint expendere tam pro expensis oris quam agociorum soldos III pro quolibet in die. Uerum si expedierit quod dicti prouisoires equitent uel uadant alio per insulam pro agendis dominiij, expensis quas facerent pro equis, uel nauigijs, uel alijs similibus in huiusmodi casibus soluantur, quia dehinc non possunt limitari cum ignoretur quid sint facturi prouisoires predicti in partibus illis.

6

Ἐπὶ τῆς προηγουμένης ὑποθέσεως, τῆς τιμωρίας τῶν παρεκτραπέντων κατὰ τοῦ δουκὸς Μαρίνου Μοροζίνη (1352-1355). 1355, Αὐγούστου 25.

F^o 25^{to} Millesimo trecentesimo LV, die XXV Augusti.

Quod scribatur duche et consiliarijs nostris Crete quod intellectis litteris suis continentibus nouitates et excessus commissos per illos deinde contra nobilem uirum Marinum Mauroceno olim ducham Crete in contemptum honoris nostri turbationem et displicentiam cordialiter scripsimus et maxime quia sperabamus quod patratores huiusmodi nouitatum nedum commisissent aliquid in diminutionem honoris nostri, set potius pro deffendendo illos, personas suas cunctis periculis exponere debuissent. Set ex quo res ita se habuerunt ut scripserunt recommendamus et merito prouidentiam et sollicitudinem suam quam habuerunt tam circa reformationem et quietem ciuitatis nostre Candide quam circa modum, quem tenuerunt et dicunt debere tenere in procedendo contra auctores et principales sceleris antedicti ad quod quantum possumus efficaciter eos hortamur. Super eo autem quod scribunt nobis de illis Francisco Gradonico et Tito Uenerio qui propter eorum inobedientiam et presumptionem incurrerunt penam ammissam pheudorum suorum, sic dicimus quod si per eos processum est contra predictos prout exigunt eorum demerita et miserunt executioni dictum processum, sumus contenti et placet nobis quicquid fecerint superinde. Si uero nondum processissent contra illos uolumus quod predictis Francisco et Tito debeant preceptum facere ex parte nostra, sub pena que eis uidebitur imponenda quod infra illum terminum qui eis uidebitur assignandus, debeant personaliter uenire ad presentiam dominationis ducalis, mittendo nobis processus et inquisitiones contra

- eos particulariter et distincte ut superinde prouidere possimus sicut pro honore nostro et debito iusticie uiderimus conuenire. Reseruando nichil hominus in communi nostro feuda ipsorum donec aliud a nobis habuerint in mandatis. De alijs
- 25 uero principalioribus auctoribus erroris et zizanie supradicte contra quos asserunt debere procedere loco et tempore congruis si contra eos processerunt sicut est iustum sumus contenti et multum cedit nobis ad gratum. Si uero non processissent contra illos uolumus quod omnino contra eos et quoslibet alios culpabiles excessuum predictorum procedant et faciant sicut pro bono rei uiderint expedire.
- 30 Quod si forte facere non possent uel aliter dubitarent, quod non credimus, uolumus quod tribus ex principalioribus culpabilibus, uel pluribus, si eis uidebitur preceptum faciant parte nostra sub illa pena que sibi uidebitur quod infra illum terminum qui eis uidebitur debeant in dominatione personaliter comparere, mittendo nobis similiter processus et inquisitiones habitas tam contra eos quam
- 35 omnes alios culpabiles supradictos. In casu autem quo aliquis illorum non posset huc uenire aliqua ratione uel occasione legitima, seu contumacie, uolumus quod contra illos omnino procedant sicut de jure uiderint oportere alios uero nobis mittant cum scripturis suis sicut dictum est supra, ut superinde facere ualeamus quod pro honore et bono nostro fuerit faciendum. Intelligendo quod in omni
- 40 casu processus et condemnationes que deinde fierent per rectores nostros fiant per illos qui secundum formam consilij poterunt iudicis interesse.
- 42 Non 1 — non sinceri 1.

7

F^o 35^{to} Ἐπιτρέπεται εἰς τὸν Πέτρον Καραβέλλαν πατέρα τοῦ ρέκτορος Ρεθύμνου Λουκᾶ Καραβέλλα νὰ ἐπιβῇ τῶν δημοσίων κατέργων μετὰ τῆς οἰκογενείας του καὶ ἐλαφρῶν ἀποσκευῶν καὶ νὰ ἐπανέλθῃ εἰς Βενετίαν, χωρὶς ὅμως νὰ ἐμποδίσῃ κατὰ τι τὸν πλοῦν τῶν κατέργων. 1355, Ὀκτωβρίου 9.

8

Ἐγκρισις πιστώσεως ὑπερπύργων 4000 πρὸς ἐκβάθυνσιν τοῦ λιμένος Χάνδακος. 1355, Νοεμβρίου 10.

F^o 40^r Millesimo trecentesimo LV, die X Nouembris.

Capta. Quod scribatur duche et consiliarijs Crete quod intellectis litteris suis continentibus aliqua necessaria pro portu Candide respondimus quod multum placet nobis quod suprascriptus portus teneatur in ordine quanto melius

5 potest, pro cuius expensis et pro expensis cauandi portum, quod ualde est necessarium, ac etiam pro alijs laborerijis fiendis, necessarijs dicto portui, sumus contenti quod habeant libertatem expendendi usque yperpera IIII mille in suo tempore solum, faciendo cauari cum illa quantitate caziarum et per illum modum, qui sibi melior et sufficienter apparebit, conseruando quanto magis poterunt

